



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Columbanus Conf. 21. Novembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

Nov.
.
aque
imus
nobis
Deo
12.

vos
Ne
ef
am,
RI
s &
eta
um
næ
ere
pli
ox
tur
nu
eat
ne
ri
us
, si
cur
m
le
las
u
tio
co

21. Nov. VITÆ SANCTORVM. 569
monastico corrigatur, cucullo abscondatur, togâ involvatur. Deus sibi habeat, quod nemo hominum velit: Christus domum ducat, quas thalamo omnes terræ filii excludunt. Erubescite parentes, & ruborem vestrum in speculo, in vultu Joachimi & Annæ, hodie corrigite.

MARIAM ô fidelis anima imitare. Castis Deo inhære amplexibus, devotionis gemitus emitte, amoris prome carmina, & ignita laudis sacrificium exolve: eris proculdubio pudicissima turtur eò speciosior, quod frequentius his amoris præludiis inharebis. B.Laur. Justin.in F.Pur.B.M.V.

S. COLUMBANUS CONF. 21. Novemb.

Ecc sub pedibus filii triumphatam matrem. Quid oculos avertitis filii molles, si Deus aridet? Nimirum sic pugnandum est, cum mater in filium movet, non jam mater, sed hostis; cum lacrimæ classicū canunt, tela volant verba melle illita, trabales è pectore sagittæ gemitus veniunt, ferreum pectus penetraturi; cum insidias ubera detegunt, & uni rota acies (mater) se opponit. Perrupit tamen COLVMBANVS, & quod Christi militi Hieronymus suasit, per calcata matrem ad victoriam sibi iter stravit, Religioniique opima spolia ex parente tulit. Domito cognato hoste, quid mirum si virtuti lupi cesserunt; quos inter duodenos obambulantem COLVMBANVM ovem aurei sæculi putasses: sed & ursus antrum suum cessit fortiori. Unus Theodoricus Gallia rex monito pio ausus est resistere, sed suo & posteritatis suæ interitu. Hoc igitur etiam triumphato, dux COLVMBANVS eorum factus est, qui in parentes cælo auctore pugnant.

His

His castra ille struxit cœnobia, & ne commeatu destituerentur, precando nunc crescere in horreis, nunc in manu annonam fecit. Ut verò in obsequio Tirones exercebat, ægros è lectulo surgere & flagellare frumentum jussit. Et verò laboris fructum sanitatem tulerunt. Mitto alia mira, sed non illud; ut subjicere Christo plures animas allaboraret **COLVMBANVS**, Angelum illi Tutelarem in membranâ orbem (magnum virtutis stadium) ostendisse. Quid, ah! quid nos igitur agimus, quibus non jam unum, sed geminum stadium, geminum inquam orbem, Superi expli-
cant? *Ex Ionâ.*

*Navem corporis nostri solvamus à littore mundano,
secularis patriæ renunciemus curis, in Crucis arbore
totam entis vela tendamus, virtutum funibus, sapientiæ
remis, gubernaculis disciplinae navigii nostri mu-
niamus incessum. S.Pet. Chrys. serm.8.*

S. CÆCILIA V. & M. 22. Novembriæ.

Si quæris, quod intercontinentibus organis CÆCILIA carmen dederit, illud respondeo, quod una, quæ Agnum sequuntur, virgines sciunt modulari. Itaque quo die homini in manus danda erat, nuptialem vestem cilicio astrinxit, quo nobiliorem virginitas non habet zonam. Noctu sponsum Valerianum monuit, caveret pudori suo manus inferre, cuius longè fortissimum custodem è caelo Angelum haberet. Hunc coram intueri cum ille percuperet, suasit impuros à superstitione oculos sanctiori prius baptisatio... Eluit, & voti mox compos formosissimum multâque luce vestitum Ephebum vidit: qui seruo nobili utrumque coronavit, & precantes miro-

odore